1562 d. 27. Xbris. Ex MS. Bibl. Zalusc: No244.

Sigismundo Augusto Regi Poloniæ.
Martinus Cromerus.

232

Peregi apud Cæsaream Majestatem man:
data Mtis V. R. præsente hoc ipso cubi:
culario, neq, secus feci, quam ea mihi injun:
xit. Visum est mihi tamen, ut ipse potius
redderet literas, et par hanc occasionem
eum introducerem in Cubiculum Mtis ejus
Cæs: In gratulatione etiam mea adjeci
excusationem tarditatis. Accepit Maje:
stas ejus grato animo et literas et gratula:
tionem, quemadmodum ex responso ejus
Mtas V. R. cognoscet. Excusationem quoq,
intercapedinis locorum et itineris Mtis V.
in Poloniam cum adjuncta oberratione
cubiculary per Germaniam, benignè appro:
bavit. Quoniam autem S. Rex Romanorum
longius hinc abest, non judicavi mihi opus
esse ad eum excurrere præsertim cum in
literis Majestatis Vestræ ad Majestatem
ejus nulla mei fiat mentio. Mitto au:
tem Majestati ejus per hunc ipsum cubi:
cularium literas Majestatis V. R. adjun:
ctis meis: quarum exemplum eidem Ma:
jestati Vestræ cum his mitto. Ante ter:
tium diem per postam binas ad Majè:
statem Vestram Regiam dedi. Nunc
nihil est præterea, quod scribam. Intra
duas septimanas, spero Constantiam pro:
ficiscemur: Ibi pauculos itidem dies commo:
rati, Oenipontem contendemus. Quod restat, valeat.
Friburgi Brisgoiæ 27. Xbris 1562.

w drugiej nie poszła
lecz ową powinszowanie
lat Mci.

Hungarica